



potentia & similitudine  
ab objecto determinata  
in grano Salis est ac-  
cuso objecta repre-  
sentatio idealiter. Ita etiam  
non quidem secun-  
dum receptionis specierum

dictum nostrum  
ut veritatem ma-  
gnemus, in finem  
arem. Amen.

████████████████

num  
em  
gularem

glas.  
laudis,  
tundet,  
glâ-Moravus,  
I. Studios.

(13)

Privatum  
**COLLEGIVM LOGICVM,**  
**ET VERE PERIPATETICVM, CVM**  
**Responfionum momentis ad præcipuas obje-**  
**ctiones, in Actibus Disputationum singula-**  
**rum motas.**

Dirigente  
**MATTHÆO SAXONE** Ignaviense, Scholæ Leutſch  
schoviensium p. t. Rectore.

Opponentibus & Respondentibus successivè:

Iohanne Fabri Transf: Oeco:	Petro Zabelero iun: Scep:
Adamo Severino Scepusio.	Danièle Knisnero Scep:
Godefrido Faschang Moravo.	Georgio Urbani Transf:
Georgio Thuci Transf:	Laurentio Mauritio Bel: Sc:
Tobia Crucigero Moravo.	Elias Iakisio Bilicens: Sil:
Bartholomæo Wachsmanno P.	Francisco Keczer Hanos: H:

Qui Logices vitat Studium, temnitque superbè,  
Thesaurum temnit maximum, Sindc dolet.  
Non ullus, verè qui condoleat vè gemat vè:  
Quod malè sit factum, singuli ubique ferunt.  
Discito multorum exemplo sapere, atque subindc  
Quid Logicum sancta sedulitate lege.  
M. S. I.

LEVTSCHOVIAE,  
Typis Laurentii Brewer, Anno Christi M. DCXXIX.

A. Rink. aus Salzburg. m. 16.

Regi nyomtatványok Bratislava Lycium:  
(303.16.2.)

AD MODVM REVERENDO,  
CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO,  
Domino M. PETRO ZABLERO, v. Reg: & Liber:  
in superiori Hungaria, Civitatum, nec non Oppidi Saaros  
Superintendenti, ac 24 Regalium, in Comitatu Scapus-  
ensium, Seniori, Ecclesiaeque Leutschoviensium Pa-  
stori, ac Scholae ibidem Inspectori, longè  
dignissimo.

MAGNIFICO ET SPECTABILI DO-  
mino FRANCISCO RHEDEI, Privigno longè cha-  
risimo Illustrissimi Comitis STEPHANI BETHLEH  
ac Gubernatoris Transylvanie.

Item:

NOBILISSIMIS, AMPLISSLIMIS ET  
Prudentissimis viris: Domino Caspero Pistorio, Reipubl.  
Schemniciensium Assessori, facile primario: Domino Abra-  
hamo Vinterzagt, eiusdem Reip. Notario publico: utriq; Scho-  
larche dignissimo ac Promotori suo, summè colendo.

**S**CHOLAS, Admodum Reverende Domine Inspector, Magnifice &  
Spectabilis Domine, vosq; Nobilissimi & Amplissimi viri, ideo  
institutas esse constat, ut in ijsdem, tanquam sacratissimus Templis,  
Iurentus de DEO & de rebus maximis erudiretur. In rebus illis  
maximus, presupposita tamen verà pietate, est etiam Logica, quæ satis exerceri  
nunquam potest, adeò, ut Doctissimi quique, certaminibus Adversariorum  
quippe impliciti & intricati, crebro fontes Logicos adeant, ex ijsdemq; nece-  
sarium quod est hauriant. Multò magis Iurentus Studiofa, monentibus Supes-  
rioribus, hoc facere tenetur. Ego, pro virili mea parte, ex officio, subinde  
moneo, & adiupo, Deumq; oro, ut seniorum Studiorum (Logicorum etiam)  
propugnatores diu conservare velit: quod Schemnicij cum essem, semper in  
potis meis habui. Leutschoviaeq; semper habeo. Accipitote, Patronicollendissimi.  
quod in privatis Exercitijs nuperis inter varios variorum sermones Po-  
liticos natum est Logice, ac favetote. V. Leutschoviae, die 1. Maii A. 1629.

Mathæus Saxo, Scholæ ibidem R.

Regi nyomtatványok Bratislavai Lycéum  
1303.1629



2. Ipse  
minorem & n  
quarum certa  
Figura cum o  
pervacanea, e  
cessarijs ac sen  
libus coniung

3. Usus  
in docendo:

4. In co  
nihilominus t  
dō totius huje  
dierum ac no  
rum similiū  
sarum: Totu  
qua causa effi  
que erit poten  
ducere non po  
ex liberrima v  
eundem ex ead  
fecit certissimu  
Cœlum & Ter  
adhuc sit temp  
vis animalium

5. Usus  
etiam, quo  
diosam juvent

6. Versi

Na

Sie

3

ENDO,  
MO VIRO,  
Reg: & Liber:  
Oppidi Saaros  
tatu Scepusi-  
ensium Pa-  
ngē

BILIDO  
vignolongècha  
BETHLE

MIS E  
orio, Reipub  
amino Abrah  
o: utriq; Sch  
colendo.

tor, Magnificè  
plissimè riri, id  
ratissimè Templ  
etur. In rebus il  
que satis exerce  
us Adversarioru  
ex ijsdemq; nece  
monentibus Supes  
x officio, subinde  
ogicorum etiam  
eßem, semper in  
Patronicolendi  
um sermones Poo  
I. Maii A. 1629.  
e ibidem R.

## THESES LOGICÆ.

1.



Væcunque in Prædicabilibus & Prædicamentis,  
item in Libro de Interpretatione, prolixè continetur, illa o-  
mnia saltem faciunt ad operationē Syllogismi confectionem. Ideo-  
que iam dicta præparatoriorum quorundam loco non immersi-  
tò habentur.

2. Ipse autem Syllogismus est vel formaliter talis: à longè, per maiorem,  
minorem & medium terminum: in propinquo verò, per Propositiones, ex  
quarum certâ combinatione, beneficio Terminorum, Prima, Secunda & Tertia  
Figura cum omnibus est Modis: (Nam Quarta Figura Galenica, ut potè sus-  
pervacanea, exploditur): vel consideratur materialiter, prout primò, in ne-  
cessarijs ac sempiternū veris, parit Demonstrationem: 2. prout in probabili-  
bus contingenter concludit: 3. prout in Sophisticis captiōnē arguit.

3. Usus Syllogistici hujus negotij est 1. in conferendo aut disputando: 2.  
in docendo: 3. in refutando: quod iam Laconicè ac concisè monebimus.

4. In conferendo hoc pacto: Disputaturus cum aliquo, Logicè docto,  
nihilominus tamen confidenter & præfractè negante, futuram tandem aliquan-  
do totius hujus Vniversi dissolutionem: quia perpetua vicissitudo temporū,  
dierum ac noctium: quia continua successio quorumvis animalium, & alios  
rum similium: nonnè statim ita argumentaberis contra eundem ex Loco Caus-  
sarum: Totum hoc Vniversum datur (quod negari non potest): ergò ab ali-  
qua causa efficiente (cum nihil à seipso fiat naturaliter): illa causa efficiens uti-  
que erit potentior & validior hoc suo effecto: alijs hunc suum effectum pro-  
ducere non potuisset: 2. Illa causa efficiens, potenter ac eminenter talis, prout  
ex liberrima voluntate effectum hunc produxit, ac hic usque conservavit: ita  
eundem ex eadem liberrima voluntate sua destruere potest. Decretum autem  
fecit certissimum, in verbo suo, de destructione totius hujus Vniversi: Luc: 21.  
Coelum & Terra transibunt. Ergo destrutio illa tandem est certò futura, licet  
adhuc sit temporum, dierum ac noctium vicissitudo: licet adhuc sit quorum-  
vis animalium successio.

5. Usus Syllogistici hujus negotij est deinde in docendo, hoc quidem pa-  
sto jam, quod ostendenda Distichorum, sub finem Logicæ Bartholini ad Stu-  
diosam juventucem directorum, Analysis & Resolutio.

6. Versiculi illi ita habent:

Navita stultitiae reus est, qui hinc in dè vagatur,

Quum datur, ad portum tendere, recta via.

Sie si quis certâ possit ratione doceri,

Sed monita A. uicis nullius esse putat.

A 2

Tenon

Te non vis igitur falli, Lectissima Pubes,  
Hunc Librum vigili volvere revolve manu,  
Is, demis scrupis, verum tibi reddet apertum, &  
Certus erit dubiae duxque comesque viæ.

7. Autor est horum Distichorum Erasmus Ericus Assenius, Danus. Is igitur quosvis, ad arcem Philosophicam Peripateticè contendere volemus, sollicitè ibidem adhortatur ut Logicam Bartholini diligenter evolant: quod in dubiis promptè faciat verum cernere.

8. Syllogismus inde talis est: Quocunque scriptum, demis scrupulis & dubiis, promptè facit verum cernere, illud scriptum sedulò ac diligenter volevendum. Verum est Antecedens de hoc scripto Logico. Ergo & Consequens.

9. Minor hujus Syllogismi saltem habetur in additis Distichis, ut & Conclusio. Majoris, omisla tamen, Connexio, apposito illustratur simili: Ut Stultus est nauta, qui negligit aut contemnit directè viam ad portum monstrantem (cum sequi possit, non obstantibus scopolis aut alijs ejusmodi): sic etiam is, qui negligit aut contemnit directè viam ad negotium Logicum monstrantem aut ostendentem. Atqui Stultitia ejusmodi Nautæ certas secum vehit poenas, ut multis tandem ambagibus & laboribus cogatur is ad portum contendere. Ergo etiam inconsiderata ratio facit in ejusmodi Logices Studio, ut hinc inde abreptus, vel in scopolum ignorantiae impingat, vel umbram tandem pro verâ cognitione ostenteret aut venditeret.

10. Si Dispositionem Enthymematicam, tanquam compendiosorem, spectes, occultatio Methodi est hoc in loco gemina. Nam 1. Consequens praeponitur Antecedenti: 2. est & ibi quedam translocatio: quod illustratio praemittatur Illustrato: simile scilicet antevertit id, cuius causa Comparatio instituta.

11. Ufus tandem Syllogistici hujus negotij est in refellendo seu refutando, hoc quidem pacto iam: Sit (verbi causa) ita statuens falso: Duos hosce fines (Cognitionem & Actionem) ita invicem esse permixtos, ut neque in Contemplativis Cognitio absque Actione, neque in Practicis Actio absque Cognitione esse possit.

12. Probatio constat Exemplorum Inductione: Grammaticæ, Rhetorice, & Logicæ finis est (inquit Antagonista) Theoria, ut scilicet cognoscamus rationem pure loquendi, ornatè dicendi, & benè differendi, seu, in discernendo verò à falso ratione benè utendi! Atqui Artium illarum (ita jam dictarum) verè Studiosus in hac cognitione non subsistit, sed ad Praxin progreditur, sermonem purum & ornatum formando, prudentem de rebus dissertationem instituendo, veritatis inquirendæ causâ. Ergo in Grammaticâ, Rhetorice & Logicâ Cognitio respicit Actionem & Actio presupponit Cognitionem, hoc est, alterum sine altero esse non potest.

13. Scopus Antagonistæ est, ostendere velle, quod Divisio Scientiarum in Contemplativas & Practicas recte non habeat: cum modo allegata ostendat, Contemplationem & Actionem ita recte cohædere, ut ab invicem diversi

li non

cohaerent, &c.

14. Intellectu: cum plura strumentalibus pars rem aliquam atque Grammaticum symbola & phæ, sed saltem & per consequen & Logicæ, dividit.

15. Deinde, benè utendi, non ipse purus sermo producta veritas gicæ. Ergo non nisi, hoc in loco rexos sive Actiones.

16. Tertiò: tice, sed destinatu id, quod in Gram ad ultimum finem est ponendum.

17. Sit alius (quicunque tandem simul sit capax N & duplicitas uniu quilibet Mensis narius (vel quilibet partim ver

18. Quid hinc considerari possit Mensum doctrinæ & computandos nodicos, & quartalari, quo Sol thematico Logico: ut factum A Novilunia, die p. primâ & ultimâ & decim erit ferax P proximè, tredecim

Reg. nyomtatványok Bratislavai Lycéum  
1303.16.10.10

li non possint. Ergo etiam quævis Comtemplativa & Practica alia ita arcti cohærebunt, & tantum non conspirabunt.

14. Intellecto hoc Adversarij Scopo, respondendum erit ad Exempla alia: cum plura alijs ponantur. Nam i. ipsa Philosophia cum Disciplinis Instrumentalibus confunditur, & hæ vicissim cum illa. Omnis Philosophiæ pars rem aliquam pertractat (Pererius, Zabarella & alijs hoc in loco videantur); atque Grammatica, Rhetorica & Logica non circa ipsas res, sed saltem circa rerum symbola & notiones versantur: ergo non sunt genuinæ partes Philosophiæ, sed saltem sunt Disciplinæ, ipsi Philosophiæ famulantes ac inservientes, & per consequens, non potest Philosophia, respectu Grammaticæ, Rheticæ & Logicæ, dividi in Scientias Comtemplativas & Practicas sive Activas.

15. Deinde, Cognitio rationis pure loquendi, ornatè dicendi & ratione benè utendi, non est ultimus finis in Grammatica, Rheticæ & Logicæ, sed ipse purus sermo, ipsa ornata dictio, & in apicem atque in apertam lucem produc̄ta veritas ipsa est demum ultimus finis Grammaticæ, Rheticæ & Logicæ. Ergo non quis finis pro labitu proponendus: cum respectu ultimi finis, hoc in loco requiratur oppositio Cognitionis vel Contemplationis & Præxeos sive Actionis.

16. Tertiò: Cognitio rationis pure loquendi, non est ipse finis Grammaticæ, sed destinatum quid ad finem Grammaticum, hoc est, non est ultimum id, quod in Grammatica intenditur, sed quoddam duntaxat medium, per quod ad ultimum finem vere demum pervenitur. Ergo medium pro fine ipso non est ponendum.

17. Sit aliud Exemplum Refutationis. Dicat Adversarius quispiam, (quicunque tandem ille sit), fieri non posse, ut unus idemque Mensis duorum simul sit capax Noviluniorum: quia alijs unitas & identitas Mensis tolleretur, & duplicitas unius ejusdemque Mensis adsereretur: quod inconveniens: cum quilibet Mensis notet tempus, quo Luna totum circuit Zodiacum. Ergo Janusarius (vel quilibet Mensis alijs) tantummodo talis, non autem partim Janusarius, partim vero Februarius, &c.

18. Quid hic Logicus? Ostendit, unam eandemque rem aliter atque alter considerari posse. Itaque consulit, Astronomos esse adeudos, ut ipsi veram Mensium doctrinam expromant. Docebunt ipsis, Menses aliter considerando & computando esse Anno Lunari communi, qui complectitur 12. Menses Synodicos, & quando Luna duodecies Soli cōjungitur: aliter Anno Lunari Intercalari, quo Sol & Luna decies ter conjunguntur. Ergo concludit cum Mathematico Logicus, apparenter tum tredecim sunt Menses uno eodemque Anno: ut factum Anno 1628. præcedente: quia eodem Mense Julio duo erant Novilunia, die primâ & penultimâ. Anno hoc 1629. erunt duo plenilunia, primâ & ultimâ die ejusdem Novembri. Ergo idem hic Annus præsens tres decim erit ferax Pleniluniorum (vide Herlicium & alios) quomodo præcedens proxime, tredecim ferax fuit Noviluniorum.

A 3

19. Idem

Regi nyomtatványok Bratislava Lajosum  
1303.1628

19. Idem planè ostendī posset in alijs etiam scientijs & disciplinis: cum Logica dicatur proprietate instrumentum instrumentorum, quod eis usus latissimè pateat.

20. Itaque rectè faciunt, qui studio Logico operam strenuam sunt narrantes, quippe cognituri certò (si modò etiam sobrijs admonitionibus locum reliquerint tamen sper, donec fundamentum probè ibidem posuerint) se tempus & sumptus benè ita collocasse.

*Momenta Responsionum Disputationis I. brevioris.*

1. Quod Prædicab: Prædicam: & alia talia, respectu ultimi finis Logici atque interni, sive saltem præparatoria, hoc est, facientia ad optatiorem & feliciorē syllogizandi rationem. Eadem illa, in se & in præceptis suis considerata, aliam merentur denominationem: quod non est ut diffiteamur.

2. Quod Aristoteles non peccārit, Definitionem Logicæ expressè non ponens: quia eandem implicitè posuit, & per totum Organon suis eruditè dispergit.

3. Quod Interpretes Aristotelis non sint doctiores ipso Aristotele: quia nisi Aristoteles eandem Logicæ Definitionem implicitè posuisset in Organo, ipsi Interpretes ejus nunquam inde eruissent.

*Ex Disputatione 2.*

1. Ens de Substantia prædicatur primariò & intrinsecè: de Accidente vero, sive de reliquis 9 Prædicant extrinsecè & secundariò seu minus principaliter. Ergò non est Univocum & æquale genus Prædicamentorum, sed saltem Analogum & per similitudinem quampliam tale,

2. Genus, ut Prædicabile, superat Speciem. Tota autem Speciei essentia considerata (quia superadditam habet differentiam ipso actu, quam differentiam genus tantum habet potentia) plus complectitur, quam genus. Distinguendum itaque inter Speciem prædicabilem & subsicibilem, &c.

3. Mas & Fœmina, ratione sexus, specie quidem differre videntur: subiecti tamen respectu, non nisi ex accidenti differunt.

4. Hominem cum ambitu & complexu maris & fœminæ, esse generale quid Prædicabiliter, negatur: quia Mas & Fœmina revera non sunt specie diversum quid: interim homo, complectens utrumque sexum, potest dici quid generale, sed in laxa acceptione aut significatione.

5. Dari possunt talia accidentia, quæ sine subiecti corruptione adesse non possunt. Ergò Accidentis Definitio, tanquam strictior, est viciosa. Nam Mors & Combustio adesse non possunt, nisi subiectum simul corrumpatur. Resp. Mors & Combustio non sunt propriè accidentia, sive etiam prædicata accidentia, respectu eorum, quæ mortis & corruptioni subjacent, sed sunt opposita prædicata suis subiectis sive repugnantia. Ergò etiam ut repugnantia enuntiantur de subiectis. Neque opus est additione Sexti Prædicabilis, quod fortassis diceretur Repugnans (sitamen etiam revera daretur): quia Privationes & Negationes ad Accidentium prædicationes reduci possunt.

6. Ex Di-

1. Non omni præstantius præstabat dirigente: verstante, noctu jens, tenebris osam, dirigente, facit ad præstantis lucernam ad conditionis, quam

2. Logica di Creatione non opuharet. Respectu isti Logica quid prætiendas illas tenebris

3. Logica non quandoam eruendi mandam reluplicata, The committit o

4. Quod suon. Præparatio faciliorem utrimentum etiñibus, iij partium alet cab: & Præmodo limitibz Syllogistico eritia & dextie

5. Gratia, misericordia: quia cetera ita prædicantur hæcce ratione & reciprocatio, justitia, &c. Deus. Igitur ergo vero dico: Hoc fieri potest, ut quisissimi sunt prædicantes

6. Distingueretur respectu subje

Regi rjomtatyvanyok Bratislava - Lycum:

303/1623

*Ex Disputatione 3.*

1. Non omne dirigen<sup>s</sup> præstantius eo, quod dirigitur, & quidem non est præstantius præstaniā simplici: quia non omne directum opus simpliciter habet dirigente: verbū vulgaris causa: Ex convivio cum famulo, lucernam gestante, noctu iens, posset ipse accensam gestare lucernam, atque ita viam, alias tenebricōsam, dirigere. Ergo quod famulo utitur, lucerna accensa viam dirigente, facit ad præstantiam ex Convivio euntis, non autem ad præstantiam gestantis lucernam accensam: cum utique servus, quā servus, inferioris sortis & conditionis, quam Dominus.

2. Logica dirigit Intellectum non ratione essentiæ, quæ nūque ex prima Creatione non opus habet dirigente, sed ratione vitiositatis, quæ Intellectui adharet. Respectu itaque vitiositatis illius, quæ tenebras offundit Intellectui, est Logica quid præstantius, ut potè quæ facit, tanquam clara lux & fax, ad discutendas illas tenebras.

3. Logica non considerat veritatem ipsam, sed saltem modum ostendit quendam eruendi veritatem, quam prout in se habet, deinde excutiendam aut examinandam relinquit Metaphysico. Quod si autem est veritas certæ materie applicata, Theologicæ, Physicæ, vel alij etiam, eandem Theologo, Physico, &c. committit dijudicandam.

4. Quod suo certo modo dicitur præparatorium, non statim est supervacaneum. Præparatorium quid est cibi masticatio, neque tamen est frustranea: quia eō faciliorem causatur concoctionem in ventriculo, in Epate, &c. Nam cum nutrimentum ab initio cum corpore nutriendo pugnet, opus est varijs concoctionibus, ijsque subigendum est, ut, pristina forma amissa, novam alii quam paruum alendarum suscipere possit. Neque præparatio illa Logica in Prædicab: & Prædicam: aljsque similibus, prorsus frustranea est, si arctioribus modò limitibus, quam quidem vulgo fieri solet, circumscribatur, &c. in negotio Syllogistico, hoc est, in conficiendis & resolvendis Syllogismis maiori solertia & dexteritate adhibeatur.

*Ex Disputatione 4.*

1. Gratia, misericordia, justitia, &c. non sunt in Deo, ut in Hominibus, accidentia: quia cum Dei Esse sit simplicissimum, idcirco de Deo nihil quies quam ita prædicari potest, quod Accidentis rationem subeat: sed quicquid de Deo hacc ratione prædicatur, esseualem constituit prædicationem. Inde etiam est reciprocatio: Quicunque est Deus verè, ille ipsissima est gratia misericordia, justitia, &c. & quicunque ipsissima gratia, misericordia, justitia, &c. est verè Deus. Igitur necessaria est prædicatio, quando dico: Deus est justus: quām fieri potest, ut quod in homine accidens, in Deo sit esseuale: quia diversissimi sunt prædicandi modi, &c.

2. Distinguendum inter proprium Prædicamentale, nempè, quod ita discitur respectu subjecti ad Categoriam, & inter proprium, quoad Existentiam: quod

quod proprium ita vocamus, respectu inhæsionis. Illud includit non tantum accidentale, verum etiam esseentiale: hoc tantum habet accidentale proprium. Distinctionis hujusmodi est, ut inter propria etiam numerare possimus esseentia. Ia Dei attributa: quæ sane accidentia divinæ substantiæ judicanda non sunt, quippe in quam nullum omnino cadit accidens: sed esseentia sunt, immo etiam esseentia Dei ipsa: atque illa Humanitat̄ adsumtæ per Unionem communicata dicuntur in Loco de Persona Christi.

*Ex Disputatione 5.*

Quod trībus partibus Logices, secundum tres mentis operationes, non sit opus: cum nullum dari possit obiectum, Logicè tractandum, quod non vel ad partem communem vel ad partem propriam referatur. Ideoque tres mentis operationes dictis duabus partibus satis sufficienterque informantur.

*Ex Disputatione 6.*

1. Ipsi Logicæ artificium omne non denegamus, sed solummodo id, quod cum externo opere sive symbolo consunctum, detrahimus. Logicæ habitus utique est internus: Ergo quicquid Logicus, ut Logicus, producit, intrinsecum quid est, nisi fiat secundaria quapiam ratione & consideratione extrinsecum.

2. Genus exactè non definitur, sed qualicunque modo describitur: quia Generis (hujus Prædicabilis, genus propinquum dari non potest, & si semper Generis genus daretur, processus in infinitum institueretur: quod non saltem absurdum, verum etiam planè impossibile.

3. Si Deus, Angeli, & Canes eo prorsus modo sunt Medicī, quo homo est Medicus, tunc humano more Medicum esse non est proprium solius speciei Humanæ. Atqui Deus, Angeli, & Canes longè alio modo sunt Medicī, quam quidem homo est Medicus. Ergo humano more & humana voluntate atque intentione Medicum esse, solius speciei humanæ est proprium. Minor probatur. Nam 1. Deus non est Medicus per potentiam ad actum, ut homo: quia in Deo nihil est potentialitatis, tanquam in Ente omnium simplicissimo & perfectissimo. 2. Raphaël Angelus (Tob: 6.) non egit ex Professo Medicum, sed ex improviso consilium saltem suppeditavit Medicum. Aliud igitur est, ex habitu Medico Medicum esse: aliud, iustar alicujus Medicī, suppeditare consilium. Vbi etiam distingvendum venit inter Medicinam merè humnanam & inter Medicinam Angelicam aut planè divinam. Utique corporalia Medicamenta ad pellendos Diabolos nihil affirunt præsidij: Matth: 17: atque per cordis particulam, ventre capti piscis exemptam, & carbonibus vivis impolitam, abactus est Diabolus à Sponsa Tobiae, consulente Raphaële: Tob: 6. & 12. Ergo non fuit corporale Medicamentum, & per consequens, Angelus Raphaël non fuit corporalis Medicus, neque in ipso fuit hoc pacto medendi habitus, sed uberioris quid ac sublimius: indē c. 8. Tobiae expressè habetur, quod, positā parte secoris illius super carbones vivos à Tobiae, Raphaël Angelus apprehenderit Diabolum & religaverit illum in deserto superioris Egypti

¶ 3. Idem planè de visu indè rece non possunt ex hi hæc, Canes lincti vulnera (non rati non nisi per accid præstant canes, q gando. 3. Cane adulandi & quo gerent: nihilominus: Luke 16.

Regi myomtatvanjok Bratislava - legatum  
(303.169)

Distingue  
merica simp  
ua notat  
incta auten  
is: quia Te  
ecto & acci

Divisio in  
: atqui De  
situs: Ergo  
nisi An  
I, quod in  
tionibus sub  
ropriè loqu  
habet: sed e  
notio locut  
. Doctrina  
erandi modi  
olinus num:

n Logica nor  
eus Intellectualis,  
ens, &c. Ergo est  
pars.

z. Bonitas Lo  
inuicata ratione ser

Illud includit non tantum  
per accidentale proprium,  
merare possimus essentia-  
tiae judicanda non sunt,  
essentia sunt, imo etiam  
per Unionem communicata

mentis operationes, non sit  
standum, quod non vel-  
atur. Ideoque tres mentis  
e informantur.

us, sed solummodo id,  
de trahimus. Logica has  
Logicus, producit, ins-  
tione & consideratione ex-

modo describitur; quia  
non potest, & si semper  
retur: quod non sicutem

sunt Medici, quo homo  
est proprium solum spes  
alio modo sunt Medici,  
re & humana voluntate  
est proprium. Minor  
ad actum, ut homo:  
omnium simplicissimo  
non egit ex Professo Mes-  
Medicum. Aliud igit  
icuus Medici, suppedis-  
r Medicinam mere hu-  
manum. Utique corpora  
praesidijs: Matth:17: at-  
& carbonibus vivis  
sulente Raphaële: Tob:  
per consequens, Anges-  
to fuit hoc pacto medens  
obiæ expressè habetur,  
Tobia, Raphaël Anges-  
erto superioris Egypti

V 3.:

¶. 3. Idem planè sentiendum de piscis felie, oculis Tobiae senioris applicato, &  
de visu inde recepto: Tob:11.31.—Canes cum destituantur Intellectu, idcirco  
non possant ex habitu medico agere, quando ipsi sunt vulnera lingentes. Ad-  
hæc, Canes linctibus suis, non voluntarijs, oinnium primò, sed imperatis,  
vulnera (non tamen quævis etiam) à purulenta saltem materia præservant, &  
non nisi per accidens sanant, quandoq; sanant. Ergo lingendo tantum ipsi  
præstant canes, quantum alias quicunq; sanè homo præstaret, simpliciter pur-  
gando. 3. Canes lingunt non intentione sanandi aliquod vulnus, sed gratia  
adulandi & quoq; modo placendi. 4. Quamvis Canes ulceræ Lazarini  
gerent: nihilo minus tamen ipse ex ijs, alijsq; symptomatibus, tandem mortuus  
u.

#### Ex Disputatione 7.

Distingvendum inter Trinitatem & Sacrosanctam Trinitatem. Trini-  
taria simpliciter, respectu quaternitatis, quinquitatis, &c. utique est acci-  
sia notat quoddam adjunctum eis, quod habet partes extra partes.  
Ista autem Trinitas, respectu unitatis essentiæ divinæ nullo modo est  
quia Tria hæc unius essentiæ divinæ neq; ex materia & forma, neq;  
ex & accidentibus compositum quiddam notant, quod D E V S esse

Divisio in Substantiam & Accidens respicit ex materia & forma con-  
atqui Deus, tanquam Ens simplicissimum, non est ex materia & forma  
situs: Ergo non potest hac Divisione comprehendendi, & per consequens,  
testis nisi Analogie ad Prædicam: Substantiae referri: quia in Deo est  
, quod in proportione seu in similitudine quadam sit in quibusdam Es-  
tionibus subjectum, & de ipso aliquid, tanquam de subjecto, prædictas  
opriè loquendo, ut Deus nec species nec genus est, sic nec speciem, nec  
habet: sed est substantia prima & simplex, ita, ut ibi generis & speciei ra-  
notio locum non inveniat.

. Doctrina Nominis & verbi Logica atque Grammatica, pro diversis  
erandi modis, non importat ullam confusionem: uti eleganter ostendit  
linus num: 201. & sequenti.

#### Ex Disputatione 8.

1. Logica non nude est Ars (latè sumia) vel potius, non est tantum Habitu  
Intellectualis, sed etiam Instrumentalis, secunda Noëmata ex primis effici-  
ens, &c. Ergo est quidem Instrumentum Philosophiae, non autem ejusdem  
pars.

2. Bonitas Logicæ non consistit in præceptis Logicis, nova quadam ac  
inustata ratione terminorumq; vetustissimorum immutatione aut etiam trans-  
positio-

B

Illud includit non tantum  
per accidentale proprium,  
merare possimus essentia-  
tiae judicanda non sunt,  
essentia sunt, imo etiam  
Vnionem communicata

entis operationes, non sit  
standum, quod non vel-  
atur. Ideoque tres men-  
e informantur.

us, sed solummodo id  
de trahimus. Logicæ h  
Logicus, producit, in  
one & consideratione ei  
modo describitur: qui  
ri non potest, & si semper  
retur: quod non saltei

sunt Medicī, quo hom  
est proprium solius sp  
alio modo sunt Medicī  
re & humana voluntā  
e est proprium. Min  
m ad actum, ut homo  
omnium simplicissim  
on egit ex Professo Me  
Medicum. Aliud i  
cūjus Medicī, suppedi  
e Medicinam merē hu  
nam. Vtique corpora  
præsidij: Matth: 17: at  
n, & carbonibus vivis  
sulenie Raphaële: Tob:  
per consequens, Anges  
o fuit hoc pacto medens  
obiæ expressè habetur,  
Tobia, Raphaël Anges  
erto superioris Ægypti

Regi nyomtatványok Bratislava Lycéum  
1303.19.1

¶. 3. Idem planè sentiendum de piscis felle, oculis Tobiae senioris applicato, &  
de visu inde recepto: Tob: 11. 31 — Canes cum destituantur Intellectu, idcirco  
non possunt ex habitu medico agere, quando ipsi sunt vulnera lingentes. Ad  
hac, Canes linctibus suis, non voluntarijs, omnium primò, sed imperatis,  
vulnera (non tamen quævis etiam) à purulenta saltem materia præservant, &  
non nisi per accidens sanant, quandocunq; sanant. Ergo lingendo tantum ipsi  
præstant canes, quantum alias quicunq; sanè homo præstaret, simpliciter pur-  
gando. 3. Canes lingunt non intentione sanandi aliquod vulnus, sed gratia  
adulandi & quocunq; modo placendi. 4. Quamvis Canes ulcera Lazari lin-  
gerent nihilo minus tamen ipse ex Ihs, alijsq; symptomatibus, tandem morie-  
tur: Lyc: 16.

#### Ex Disputatione 7.

1. Distinguendum inter Trinitatem & Sacrosanctam Trinitatem. Trini-  
tas numerica simpliciter, respectu quaternitatis, quinitatis, &c. utique est acci-  
dens: quia notat quoddam adjunctum ejus, quod habet partes extra partes.  
Sacrosancta autem Trinitas, respectu unitatis essentiæ divinæ nullo modo est  
accidens: quia Tria hæc unius essentiæ divinæ neq; ex materia & forma, neq;  
ex subiecto & accidentibus compositum quiddam notant, quod D E V S esse  
possit.

2. Divisio in Substantiam & Accidens respicit ex materia & forma con-  
stantia: atqui Deus, tanquam Ens simplicissimum, non est ex materia & forma  
compositus: Ergo non potest hac Divisione comprehendiri, & per consequens,  
non potest nisi Analogie ad Prædicam: Substantiae referri: quia in Deo est  
aliquid, quod in proportione seu in similitudine quadam sit in quibusdam Es-  
sentialibus subiectum, & de ipso aliquid, tanquam de subiecto, prædicas-  
tur: propriè loquendo, ut Deus nec species nec genus est, sic nec speciem, nec  
genus habet: sed est substantia prima & simplex, ita, ut ibi generis & speciei ra-  
tio aut notio locum non inveniat.

3. Doctrina Nominis & verbī Logica atque Grammatica, pro diversis  
considerandi modis, non importat ullam confusionem: uti eleganter ostendit  
Bartholinus num: 201. & sequenti.

#### Ex Disputatione 8.

1. Logica non nude est Ars (latè sumta) vel potius, non est tantum Habitu  
Intellectualis, sed etiam Instrumentalis, secunda Noëmata ex primis effici-  
ens, &c. Ergo est quidem Instrumentum Philosophiae, non autem ejusdem  
pars.

2. Bonitas Logicæ non consistit in præceptis Logicis, nova quadam ac  
inustata ratione terminorumq; verutissimorum immutatione aut etiam trans-  
positio-

positione congestis, sed in præceptorum Logorum veritate ac utilitate, respetu utentium Logicā sobriè ac solidè.

3. Manus non est per se substantia, sed quiddam saltem substantiae humanae. Ergo non est tanquam substantia in subjecto, sed tanquam integrale quidam in suo integro.

4. Sanguis est in venâ, non ut substantia in subjecto Physico, sed tanquam locatum in loco, vel tanquam contentum in continetie.

5. Bonitas de DEO dicitur necessariò, tanquam essentiale quidam in hominie vero est quiddam accidentarium & coniungens ( vide supra Disput: 4.) Ergo his diversis respectibus fieri potest, ut quod in uno Accidens, in altero sit Substantia vel quiddam essentiale,

#### Ex Disputatione 9.

1. Sumus quidem naturâ Logici & Rethores, sed magna cum hæficatione atque imperfectione: itaque ad perfectionem aliquam (quæ quidem in hac fragilitate datur) contendentes, præcepitis, cum Logicis, tum Rethorici, coamur supplere defectum, qui ex mandati, omnium primi & severissimi, transgressione miserabili & horrendâ ortum suum trahit infelicissimè: Gen: 6. & 8.

2. Locatio prior est duratione, origine naturae. Quando autem tractatio Prædicamenti. Quando præponitur tractationi Prædicamenti. Vbi, fit hoc communi Logicè scribentium aut proponentium serie atque ordine: quamvis utrumque videre sit in Bartholino nostro, num: 177.

3. Individuum, tanquam basis & fulcrum Prædicabilium, præpositum fuisset in Doctrina Prædicabilium, nisi ad ubiorem Speciei declarationem ipsa Individui tractatio fuisset judicata magis necessaria. Ac ibi etiam sustinere potest vicem alicujus fulcri Prædicabilium.

#### Ex Disputatione 10.

1. Si Logica esset Totum Perfectionale seu Totum perfectionis, tum partes à se procul haberet remotas: alioqui est totum quid per multitudinis denominationem (ut illa multitudo habeat partium rationem): ergo potest in partes dividi. Exemplum Totius Perfectionalis, utpote partium expertis, daretur jam triplex, in primo, secundo & tertio gradu, hoc est, in DEO ipsomet, in Angelis (seu Philosophicè, in Intelligentijs) in Animabus Humanis, &c. nisi properandum esset ad alia.

2. Logicus non est sciens præcisè propriè Logicam: quia in Demonstratione, (quæ aliâs scientiam generat, monstrato scilicet sciendi modo) non est sciendi necessitas absoluta & simplex, sed saltem hypothetica & ex præsuppositione finis orta. Nam uti habet Bartholinus noster num: 5. Logices simpliciter loquendo necessarium non est, Syllogismum formare: ergo etiam, simpliciter

ter 102

ter loquendo,  
monstrativum  
gus generis spe  
fuerint sapient  
ficæ argumen  
artificio in pub  
non ipsam nob  
endi hinc & ibi  
neficio præuen  
am apparet, Lo  
pellatione, satis  
telligatur.

3. Multip  
ericae, prout  
ro solo disting  
fus differentie  
& in eadem seri  
aliquid confer  
non deprehend  
potè quæ non i

4. Ex mo  
Speciei: cum il  
differentiâ num

5. Sol no  
tummodò unic  
comissa. Na  
bus, numero d  
potentia prædi  
quæ tota adest,  
(non datis aut  
dicæ, quæ actu  
Sol non prædi  
tamen inest Sol  
ro differentibus  
Bucolicis (Sæp  
Metonymicum  
significant.

6. Syllogi  
dividua non es  
specifica, priori

136  
Redi nuncatevangelio Bartholomaei

10

itate ac utilitate, respe-  
tem substantiae huma-  
nquam integrale quide-  
o Physico, sed tanquā  
ntiale quid: in homi-  
uprā Dispu: 4.) Er-  
ccidens, in altero si-  
gnā cum hæsitatione  
quæ quidem in hac  
tum Rhetorice, co-  
& severissimi, trans-  
cissimè: Gen: 6. & 8  
andò autem tractari  
menii Vbi, si ho-  
ue ordine: quamvi  
bilium, præpositu-  
et declarationem ipsi  
ibi etiam sustineri

Regi nyomtatványok  
Bratislava Typisim  
(309.16.2)

ter loquendo, necessarium non est, formare Syllogismum Apodicticum & De-  
monstrativum: quia quod de genere revera dici potest, id etiam de qualibet es-  
sus generis specie rectè dicitur. Cum igitur, ante ipsum Aristotelem, plurimi  
fuerint sapientes, qui verum eruuerunt ac defenderunt sine adminiculo Syllogis-  
ticæ argumentationis, ab Aristotele demùm magno labore inventæ ac multo  
artificio in publicum productæ. (2. Elencti Sophist: c. ult:); idcirco Logica  
non ipsam nobis per se confert scientiam, sed saltem ostendit modum pervenire  
endi hic & ibi ad scientiam, & quidem multò commodius eō perveniendi, be-  
neficio præeuntis nobis Aristotelis in præclaris adinventionibus suis. Indè eti-  
am apparet, Logicam, propriè loquendo, non esse scientiam, nisi scientiæ ap-  
pellatione, satis laxā & latā, quæcumque notitia præceptionum Logicarum in-  
telligatur.

3. Multiplicatio Individuorum in Specie fit saltem ratione differentiæ nu-  
mericæ, prout Individuum quodque una quædam res singularis est, quæ numer-  
ro solo distingvi potest ab alio ejusmodi Individuo: non autem fit ratione es-  
sus differentiæ, quā natura hujus & illius Individuum (sub eadem tamen specie  
& in eadem serie) Essentialiter ita distaret, ut unum ad alterius complementum  
aliquid conferret: cum species differentes proprietates & operationes ibidem  
non deprehendantur: quomodo quidem fit in Sole, Luna, Phœnix, &c. ut  
potè quæ non sunt Individua, sed species Monadicæ: quomodo indigitantur.

4. Ex multiplicatione aut congestione Individuorum non est confusio  
Species: cum illa multiplicatio aut congestio fiat ratione prædicationis, servat  
differentiæ numericæ, tanquam inter multa ejusdem planè speciei Individua.

5. Sol non prædicatur de pluribus, numero differentiis: quia Sol tan-  
cummodo unicus: ergo Sol non est species. Refut: Fallacia secundum quid  
commissa. Nam distingendum inter species, quæ semper ipso actu de pluribus,  
numero differentiis, prædicantur, & inter species, in quibus est saltem  
potentia prædicandi de pluribus, numero differentiis, non ex parte formæ,  
quæ tota adest, sed ex parte materiæ, quæ in pluribus Solibus, Lunis, &c.  
(non datis aut non præsentibus) deficit. Ac ejusmodi Species dicuntur Mono-  
adicæ, quæ actualiter multiplicari dictam ob causam non possunt. Ergo licet  
Sol non prædiceatur ipso actu de pluribus Solibus, non existentiis: interim  
tamen inest Soli aptitudo & potentia prædicandi de pluribus Solibus, nume-  
ro differentiis, si modo etiam revera darentur. Nam illud Virgilianum in  
Bucolicis (Sæpè ego longos cantando puerum memini me condere Soles) est  
Metonymicum: cum longi Soles, in plurali numero, longiores dies æstivos  
significant.

6. Syllogismus hic ex numero 67. Logice Bartholini, comprobans, In-  
dividua non esse Species, propriè & exactè loquendo (scilicet: Omnis forma  
specifica, priori superveniens, perfectior & nobilior est ea, cui supervenit: at  
qui

qui in Individuis humanis est non alia forma, priori illi supervenientia: ergo in Individuis humanis est non ulla perfectior forma & nobilior ea, cui supervenientia, & per consequens, Individua Humana sunt non-Species) est, inquam, hic Syllogismus primæ Figuræ (ex Loco Comparatorium Topico) in Modo Darij: quia Minor & Conclusio non habent negationem, sed infinitatem, quippe quæ æquipollit particularitati affirmatæ.

#### Ex Disputatione II.

1. Postrema Sex Prædicamenta definitionem nullam perfectè admittunt: Ergo non sunt summa Genera. Resp: Procedit argumentum ex falso hac hypothesi: quasi antecedens hoc esset ipsius Bartholini num: 173, & 174. in Logicis: cum tamen potius sit Keckermannii, qui ad hanc Thomæ Aquinatis Objectionem (Si sex postrema Genera sive Prædicamenta continerent res absolutas, cum respectibus implicitas, fierent Entia per aggregationem & diversorum essent generum: atqui sunt absolute relata: ergo sunt diversorum generum) respondet, esse posteriora Prædicamenta sicutem secundariò talia, & viliora prioribus illis Prædicamentis, ut in quibus disponuntur Entia contraria & per Accidens, ita, ut Definitionem nullam perfectè admittant, imò ut à negotio Logico optimè abessent. Hactenus Keckermannus, satis duriter, ne gravius quidjam adhuc simul cum causâ genuina istius sive vehementiae sive arrogantiæ, &c. Ibi verò Bartholinus, conferens Thomam Aquinatem & Keckermannum, neutrī prorsus adstipulatur, imò Keckermanno & ipsius Responsione reacta, Thomæ Aquinatis sententiam hac in parte ita recipit, ut postrema quidam Sex prædicamenta dicantur Absolutorelata, hoc est, partim ex Absolutis, partim ex relatis causam & originem habentia, interim non ad diversum planè genus referenda: quia de eodem Ente sunt participantia: uti sub initium Disputationis secundæ dictum.

2. Immanentis actionis motus est animi sive Intellectus: quomodo Transiuntis actionis motus est corporis.

3. Actio & Passio in realitate inque uno motu reali consunguntur. Pro diversitate autem respectus, disjunguntur.

4. Mutatio non est genus Univocum Actionis & Passionis: quia aliter habet in agente, aliter in paciente. Univocatum autem est, quod cum pluribus idem habet nomen & eandem Definitionem Univocantis: Bartholinus num: 97, in Logicis.

5. Actio Transiens transundo vel progrediendo ad extra perficitur. Cessa sante autem transitione ad extra, cessat etiam Actio Transiens.

#### Ex Disputatione 12. & Postremâ.

1. Prædicabilium Doctrina non promanavit à Porphyrio, tanquam ab Apostata, sed tanquam à quodam Aristotelis Interprete. Ergo non cudebat in se.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
(303.16.2.)

ipse Fidei do  
torum doctri  
ad positiones  
& Logicè no-

2. Aris  
plena enumera  
nemine, ut qu  
scipit. Nat  
tamen ab ext  
interno volun  
volet quid  
tentis scriptio  
status.

3. Qui  
dicabilia omi  
logismus salte  
cum possint il  
se, Minor etia  
necessarium o  
cum Metaphy

4. Philo  
nisi est ex dilig  
facile aliiquid a

1. In agri  
est & Actio &  
qui hæc duo:  
ter se, ac proit  
Actio & Passio  
est Actio, qua  
gricultura est P  
scinditur. Ergo  
non autem in  
non est simplic  
sim peculiari m

2. Ipso ad  
scribens: Ergo  
conitans non e

lli supervenientis: ergo in  
obilior ea, cui superven-  
tis Species) est, inquam,  
orum Topicis) in Modo  
ionem, sed infinitatem,

nam perfectè admittunt:  
mentum ex falsa hac hy-  
um: 173, & 174. in Logi-  
Thomæ Aquinatis Ob-  
a continerent res absolu-  
gregationem & diversi-  
o sunt diversorum geni-  
secundariò talia, & vilic-  
ur Entia contraria & pe-  
uant, imò ut à negoti-  
satis duriter, ne graviu-  
hementiae sive arrogan-  
tiam & KecKerman  
& ipsius Responsonie re-  
cipit, ut postrema qui  
est, partim ex Absolu-  
erim non ad diversan-  
cipantia: uti sub initii

intellectus: quomod-  
li conjunguntur. Pr-  
Passionis: quia aliter  
st, quod cum pluribus  
s: Bartholinus num:  
d extra perficitur. Ges-  
siens,

phyrio, tanquam ab  
. Ergo non cudebat  
infe

ipse Fidei dogmata, nobis obtrudenda, sed quæ in Philosophicâ Prædicamen-  
torum doctrina erant intellectu difficultia, illa, absque ulla hæresis suspicione,  
ad petitionem ejusdem Chrysostomi declaravit. Eundem Logicè procedentem,  
& Logicè non aberrantem, in Logicis iuri sequi possumus.

2. Aristoteles aut noluit, aut non potuit scribere Prædicabilia: non est  
plena enumeratio in hac Disjunctione: quia poterat etiam non velle: cum à  
nemine, ut quidem Porphyrius, fuerit rogatus, ut scriberet: idcirco etiam non  
scripsit. Nam nolle est ex interno voluntatis principio aliquid aversari, sed  
tamen ab externo voluntatis principio cogi. Non velle autem est quidem ex  
interno voluntatis principio aliquid aversari, sed tamen non reluctari. Non  
volet quidem scribere Prædicabilia. Aristoteles proprio motu, interiori pes-  
tentis scriptioem ( si scilicet quis talis inventus aut datus ) non suisset reluc-  
tatus.

3. Qui necessaria omittit, discenda omittit. Qui, informans Logicè, Præ-  
dicabilia omittit, ille necessaria omittit. Ergo discenda omittit. Resp. Est Syl-  
logismus saltem Topicus, non Demonstrativus: quia Major est probabilitas:  
cum possint ista omissa videri maximè necessaria, cum tamen talia non sint per  
se, Minor etiam probabilis: quia Prædicabilia planè omittens, demum quid  
necessarium omittit, & quidem necessitate expedientiae: uti Logici nonnulli  
cum Metaphysicis loquuntur. Ergo nihil hinc necessitatis simplicis & absolutæ:

4. Philosophum non plane omisso Prædicabilia, patet evidenter ac ma-  
nifestè ex diligentiori Categoriarum consideratione. Inventis ipse Porphyrius  
facile aliquid adjicere potuit.

### Corollaria.

1. In agricultura est passio: in agricultura est actio: Ergo in agricultura  
est & Actio & Passio: quia quæ sunt eadem uni tertio, inter se sunt eadem: et  
qui haec duo: Actio & Passio: sunt eadem uni tertio: ideoque sunt eadem ins-  
ter se, ac proinde in Conclusione jungi possunt. Resp: Non sequitur: quia  
Actio & Passio non sunt eadem uni tertio, nempe agriculturæ. In Agricultura  
est Actio, quatenus agrum colens, mediante aratro, proscindit terram: in A-  
gricultura est Passio, quatenus ab agrum colente, mediante aratro, terra pro-  
scinditur. Ergo in Agricultura suo modo est Actio, & suo modo est Passio:  
non autem in Agricultura simpliciter est Actio & passio: quomodo in motu  
non est simpliciter Actio & Passio, sed suo peculiari modo est actio, suo vicis-  
sim peculiari modo est passio.

2. Ipso actu scribens format scripturam: Literas pingens est ipso actu  
scribens: Ergo literas pingens format scripturam. Examen. Est Syllogismus  
constans non ex utraque necessaria propositione, sed saltem ex altera. Proba-  
bilitas

2. babilitas est in Majori: quia ipso actu scribens, non semper format scripturam, sed interdum lineis & ductibus quibuscumque utitur scribendo. Necesitas autem est in Minoris: quia ut literas pingens est ipso actu scribens: sic ipso actu scribens est literas pingens. Ergo est Syllogismus non Apodicticus, sed Dialecticus.

3. Ventus Latinis & Germanis, imò etiam Polonis, Bohemis, Moravis, Sclavis, &c. est à veniendo. Ergo casu extitit aut casu rebus supervenient naturalibus: id quod etiam Græcum ἀρρεπετ invenire videtur: quod si ne lege ac obiter saltē rebus naturalibus advenierit ventus. Respon: Genius Notationis Elenclius, dum nominis Interpretatio ex ipsa rei natura non declarata & accommodata. Nam 1. ventus quidem à veniendo denominatur in varijs Lingvis, non autem eo, quod ejus ortus fortuitus, sed potius, quod primævam ejus originem ut & omnium ultimam ejus cessationem ostenderem non valeamus, dicente ipsomet Christo Ioh: 3. Spiritus, hoc est, ventus, ubi vult, spirat, & vocem ejus audis: sed nescis (primum scilicet punctum) undè veniat, & (ultimo punctum) quo vadat, aut ubi desinat. Est itaque commissa etiam Causæ fallacia 2. Quoad Græcam appellationem, idem plenè respondendum venit: quod non obiter introierit ventus (consideretur Historia Creationis) sed quod magno consilio creatus & introductus, modo hue, modo illuc feratur.

4. Scurra est: ergo per forum & per plateas Civitatis temerè discurrat. Resp: Secundum non causam: ut causam, fallacia, quæ solvitur negatione, secundum Bartholinum num: 462. sub finem ipsum Logices. Itaque negatur consequentia, eò, quod Allusio allegetur pro vera derivandi ratione: cum Scurra non sit à discurrendo, sed à græco σκύρῳ, hoc est, oletum, quod, tanquam sordidum quid, quod citius, eò melius removetur: sic Scurra, tanquam inutilia congressuum & colloquiorum honestorum pondera, tempestivè removenda, ne suo sciore sine nocturno aut impedimento, &c.

### Quæstiones Logico-Theologicae.

#### I. Qualis fuit Logicus ipse Apostolus Paulus?

Resp: Non sanè mediocre, etiam ante conversionem atque illuminacionem à Spiritu Sancto peculiariter factam. Nam optimo Praeceptore Gasmaleie usus: indè accurate institutus ipse in omnibus, ad legis divinæ cognitionem & professionem (qualis quidem cum temporis fuerat) necessarijs: Act: 22. 2. Quia cum quibuslibet Philosophis congregari & colloqui Athenis (cum eæ adhuc florarent) ausus: Act: 17. 3. Quia non nisi artificium Logisticum ex singulis ipsius eluces scriptis Canonicis, præsertim ex Disputationibus, in

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum!  
(303.19.2.)

bus, in Epistola  
verbū λογίας

Resp:

(scilicet Philo-  
tula concessis  
trarum notitiis  
buscunquerat)

3.

Vtique.  
Ipso fuit per ce-  
tati decisiones  
etiam Iurispru-  
& Disciplinar  
commendatur  
tra amicos obli-  
egit: Iob: 10.

9. Ut Ethic

gnus era

nu

per format scriptus  
tribendo. Necesaria  
scribens: sic ipso  
Apodicticus, sed

Bohemis, Moras  
sue rebus supervenientibus  
videatur: quod si  
s. Respon: Gemis  
osa rei natura non  
iendo denominata  
vitus, sed potius,  
sue cessationem os  
ritus, hoc est, ven  
tum scilicet pun  
it ubi definat. Est  
in appellationem,  
rit ventus (confus  
us & introductus,  
emere discutit.  
e solvit negatio  
gices. Itaque ne  
terivandi ratione:  
st, oletum, quod,  
sic Scurræ, tan  
sonderat, tempestivæ  
&c.

atque illuminatio  
Præceptore Gas  
tegis divinæ cognisi  
necessarijs: Aet  
colloqui Athenis  
nisi artificium Los  
ex Disputationis  
bus, in

bus, in Epistola ad Romanos frequentioribus: ubi cap: 3. (ibidem) versu 28,  
verbum λογικός verè adhibet ipse Logicè ac ratiocinative.

2. *Imò qualis fuit Moses Logicus?*

Resp: Insignis: indè legitur eruditus in omni Ægyptiorum sapientia  
(scilicet Philosophicâ: cum ipsis Ægypti solis Philosophis Regni gubernas  
cula concessisse scribantur post eursum Philosophicum absolutum & rerum fac  
cram noticiam pro more gentis paratam): indè legitur potens fuisse in quis  
buscunque ratiocinationibus aque operationibus suis: Act: 7.

3. *An etiam in Libro Iobi quid Logicae eruditio nis?*

Vtique. Nam Librum suum, multorum certè capítum, eleganter ipse dis  
posuit per certas Narrationes, Sermocinationes, earundemque discretiones  
aut decisiones: imò ibidem cernere est, ipsum non tantum Theologæ, verum  
etiam Jurisprudentiæ, Medicinæ & Philosophiæ adeoque omnium Artium  
& Disciplinarum fuisse periissimum. Ab ipso DEO pietas eius & rectitudo  
commendatur: Job: 1. Ut Iureconsultus, causam suam optimè tutatus con  
tra amicos obloquentes. Ut Medicus & Physicus, de Hominis Generatione  
egit: Job: 10. Ut Mathematicus, de Arcturo, Hyadibus & alijs egit: Job:

9. Ut Ethicus, sententias ubique adhibuit præclaras. Ut Poliucus, ma  
gnus erat inter omnes Orientales sui temporis. Ut Oeconomicus,  
numerofam habebat familiam & divitias multas, ante &  
post tentationes Job: 1. & 42, &c.

F N I S.



Reg. nyomtatványok  
1303.1931. B. Bratislava Lycium